¶ Et in vnguentis dř cere qõ ſufficit. Dico ꝙ itelligiť q̃ʒtitas ꝯueniẽs mellis vel çuccari: q̃ q̃ʒtitas valeat ſpecies vľ pulueres cuiuſcũqꝫ cõditõis fuerit in ſe colligere ⁊ conſeruare: ita vt mel aut çuccaꝝ non ſit paucũ ⁊ ſpẽs multe: aut pauce ſpecies: ⁊ multũ mellis vel çuccari: niſi de precepto ꝑitiſſimi medici vel doctoꝛis aliter faciẽdũ ẽ. Cõſimiliter de cera reſpectu vnguẽtoꝝ dicẽdũ ẽ. Qñ dř cere qõ ſuffič ꝙ aromatarius dꝫ ſemꝑ ꝓpoꝛtionare cerã cũ oleis: qꝛ pro duab⁹ vncys olei. ʒ. ʒ. cere ponẽda eſt: ſꝫ qñ dř cere paruꝫ. tunc itelligiť ꝙ dꝫ eẽ vnguẽtũ molle. ita ꝙ oleũ dꝫ cerã in aliquo ſupare: qꝛ mľta cera facit duritiẽ in vnguẽtis ⁊ pauca cera facit mollitiẽ in vnguẽtis. ¶ Et nota vlteri⁹ ꝙ ſič aloes vtplurimũ ẽ mã pillulaꝝ faciẽs bonã cõglutinationẽ ſpẽꝝ dãs eis bonã coꝛpoꝛeitatẽ: pariformiter cera ẽ materia vnguẽtoꝝ faciẽs bonã cõglutinationẽ ⁊ coꝛpoꝛeitatem in eis.

¶ De opio.

ſ I qs peteret vel iterrogaret põt ne fetoꝛ ab opio remoueri. Dico ꝙ ſic. Et ſi q̃rať cũ q̃ medicina vľ cũ quo ſimplici. Dico ꝙ cũ alleo piſtando. ʒ. i. opy cũ duob⁹ capitib⁹ allei. deĩde diſtilleť hec mixtura ꝑ alẽbicũ. ⁊ de iſta aq̃ diſtillata deť i potu ſm diſcretionem. qꝛ mirabilr ꝓuocat ſomnũ. ⁊ erit ſine fetoꝛe. ⁊ hoc pulcrũ ſecretũ nõ eſt oib⁹ reuellãdũ. Et ſi qs hoc ſecreto vſus fuerit nepharie ꝑterqꝫ ad op⁹ medicie maledicať adeo. Am.

¶ Si qs quereret pſiliũ ꝙ itrat in medicis: vtputa i elˀo de pſilio. ⁊ i rege Nicolai: ẽ ne ca. ꝯplõnis vel frigide. Dico ꝙ ſemẽ pſily hꝫ duplicẽ ꝯplõneꝫ. qꝛ ex pte exterioꝛi. ſ. i ei⁹ coꝛtice ẽ frigide ꝯplõnis. ⁊ ex eius coꝛtice fit mucilago q̃ ẽ frigide cõplõnis. ⁊ poniť i elˀo de pſilio. ⁊ i rege Nicolai: q̃ fit ad ꝓuocãdũ ſomnũ. ⁊ talis mucillago fit ponẽdo pſiliũ i ifuſiõe i aq̃ tepida vel alia aq̃ diſtillata ſm ꝑceptũ medici. ⁊ nõ dꝫ lõgo ſpatio ſtare i ifuſiõe: ſꝫ ꝯueniẽti tpe. qꝛ per longã ifuſionẽ poſſet acq̃ri caliditas ex ſuba iterioꝛi: q̃ qm̃ exterioꝛ ſuba ẽ frigide ꝯplõnis q̃ʒtũ ad coꝛticem ⁊ cale cõplexionis q̃ʒtũ ad iterioꝛẽ ſubam ⁊ medullam.

¶ Seqtur ſecũda particula de declaratiõe noiuꝫ medicinaꝝ ꝯpoſitaꝝ in antidotario Nicolai deſcriptaꝝ.

c Onſequẽter ad declarãdũ noia medicinaꝝ ꝯpoſitaꝝ i antidotario Nicolai deſcriptaruꝫ ⁊ magis breuiter ⁊ ſuccinte ſignificatio eaꝝ nota ſit oib⁹: ⁊ ꝑcipue aromatarys: ⁊ alys iuuenib⁹ practicã icipiẽtib⁹. Nõ ergo expectes hec a me audire niſi declarationẽ vocabuloꝝ ipſaꝝ medicinaꝝ valde cõpendioſe: ⁊ nõ v̓tutes eaꝝ. qꝛ eoꝝ virtutes ipſe Nicola⁹ ampliſſime ponit. Nicolaus itaqꝫ pmo i ꝓhemiõ ſui antidotary dič: ꝙ ſi qs iterrogaret quot reqruntť i oi vera diſpẽſatiõe. Dicas tria. ¶ Primũ ẽ vt oia equalr. i. ꝯueniẽter põderẽtur tã i ſpẽb⁹ q̃ʒ i gũmis ⁊ herbis ſcõm põd⁹ vni⁹ cuiuſqꝫ rei. ¶ Scõo vt nõ ſint nimia vetuſtate ꝯſumpta. ¶ Tertio vt herbe: radices: ⁊ ſemina cõgruis tẽpoꝛib⁹ ſint collecta: ⁊ ꝙ i cõgruis locis repoſita cõſeruenť ⁊ ab extrinſecis alterãtib⁹ coꝛrũpi: aut marceſcere nõ poſſint: vtputa a fumo humiditate vel pluuia: puluere: vel ſole. Quot reqrunť in ꝯficiendo. Dico ꝙ ſꝫ ꝙ prealegato loco dicit Nicolaus ꝙ tria reqrũtur in ꝯficiendo. ſ. mellis puritas. ⁊ q̃ʒtitas que ſufficit. ⁊ equalis. i. ꝯueniens ſpecierum ⁊ pulueris trituratio ⁊ cribellatio: ⁊ in ſyrupis aque con-

ſumptióis decoctio. Quare mel ponitur in medicinis. Dico ſm Nicolaū ibidē. q tribus de cauſis ponit mel in medicinis. Prio ad ꝯſeruandū: nā pceteris liquorib⁹ mel eſt maxie ꝯſeruatiuū. Secūdo eſt valde modificatiuū. i. correctiuū malitie medicinaꝝ: ⁊ pcipue ſolutiuaꝝ. Tertio qꝛ ſua dulcedine amaritudinē tēperat ſpecierum.

¶ Quot regrunt in purificādo: vel decoquēdo mel. Dico q duo regrunt in purificādo vel decoquēdo mel. Primo ne ſit paꝝ coctū ne ſit aquoſuz. Scđo ne ſit nimis coctū vſqꝫ ad duriciē. ſꝫ mediocriter. ⁊ ſit bn̄ diſpumatū. Cognoſcit aūt mel debite coctū qn̄ adheret digitis. ⁊ qn̄ iſpiſſat cū frigeſcit ſup lapidē. ¶ Ultio Nicola⁹ dicit in illo ꝓhemio q ſpēꝝ aut pulueris trituratio vel cribellatio fit duobus modis. qꝛ in elyꝫ nō ſolutiuis ſpēs debēt ſubtiliſſime pulueriçari ⁊ cribellari. In alyꝫ aūt medicinis: ⁊ pcipue laxatiuis debēt eē groſſiores: ⁊ nō ita ſubtilr pulueriçate: ne ſui ſubtilitate morã in ſtō attrahant: ⁊ ſic euacuēt nimis ne ēt ſubtilitate ſui villis ſtōi adherēdo: eoſqꝫ ſcidēdo ⁊ excoriādo diſſinteriā generauerūt: vt ſcamonea: euforbiū: ⁊ ſilia. Nō laxatiue vero ſubtilliſſime terēde ſunt. vt ſui ſubtilitate citius incorporent: ⁊ ſuos effectus citiſſime conſequant. hoc qdē plurimū eſt obſeruādū in ꝯfortatiuis ⁊ reſtauratiuis electuaryꝫ. ¶ Antidotariū ē liber ꝯtinens antidota. antidotū. n. ē ꝯtra datū. i. ꝯtinēs medicias approbatas: ⁊ experimētata ꝯtra morbos data. ¶ Et nota q antidotariū Nicolai procedit ſm ordinē alphabeti. qꝛ ponit pmo medicamina icipiētia ab a. deīde ponit illa q̄ icipiūt a. b. Et ſic per ordinem alphabeti vſqꝫ ad. ꝫ.

¶ Incipit ergo ab aurea alexādrina: quid ergo ſignificat ⁊ vn̄ dicitur. dico q aurea dr̄ ab auro. alexādrina vero ab Alexādro peritiſſimo: a quo fuit ꝯpoſita ⁊ inuenta.

¶ Adrianum dictum eſt ab Adriano romanorum imperatore: qui illud compoſuit.

¶ Acbariſtuꝫ ſine munere interpretatur. qꝛ ſine munere patientis ſanat catarrum.

¶ Athanaſia. i. imortal. qꝛ ſepi⁹ liberat ab extrēis mortis

¶ A. cantalon. i. nuntium bonum.

¶ Anthameron. i. contra mortem.

¶ Antidotum amagogon. i. menſtrualem ſanguinēꝫ educēs prouocat. n. menſtrua.

Balācha dicitur: qn̄ albos purgat hūores. i. flegmaticos.

¶ Benedicta dr̄. qꝛ ab oibus a qb⁹ ſumitur benedicitur.

¶ Bn̄dicta trāſtiberina. qꝛ trāſtiberiꝫ rome fuit inuenta.

¶ Cōfectio alipte muſcate. alipta. i. mixtura ꝯtra aſma.

¶ Cōfectio gallie muſcate. gallie. qꝛ i gallia ꝓuicia repta.

¶ Confectio nere. i. precioſe medicine.

¶ Dyamargariton dr̄ a dya qđ ē ꝯfectio: ⁊ duob⁹ gn̄ibus margaritarum perforatarum ⁊ non perforatarum. qꝛ eius compoſitionem ingrediuntur.

¶ Dyacameron. i. ducens hominem de morte ad vitam.

¶ Dyamóron a mortis celſi dictum.

¶ Dyātos dr̄. qꝛ fit ex florib⁹ ð dēdrolibāo. i. roriſmarini.

¶ Dyaſatyrion a radicib⁹ ſatyrionū dr̄. ſatyriaſis. n. grece latine virge erectio. qꝛ facit homines potentes ad coitum: ⁊ incitat virge erectionem.

¶ Dyaprunis vel dyamaſcenū a prunis damaſcenis dr̄.

¶ Dyapraſſium a praſſio viridi. i. marubio qđ intrat in eo pluſqꝫ de alyꝫ.

¶ Dyaolibanum dicitur a olibano qui ibi ponitur.

¶ Dyarodon abbatis dr̄ a roſis q̄ itrāt in eo pluſqꝫ ð alyꝫ ſpēb⁹: abbatis. qꝛ ab abbate de curia fuit ꝯpoſitum.

¶ Dyapenidiū dr̄ a penidyꝫ q̄ ibi itrant pluſqꝫ de alyꝫ.

¶ Dyaciminū dr̄ eo q ð cimino itrat pluſqꝫ ð alyꝫ ſpēb⁹ i eo. ¶ Dyadragagātū a dragagāto qđ itrat i eo.

¶ Dyacaſtoreon dicitur a caſtoreo. i. teſticulis illi⁹ aīalis q i eo igrediunt.

¶ Diacoſtum a coſto quod intrat in eo.

¶ Diayris dicitur a radice illa que yroes vocatur: ⁊ eſt radix: ſcilicet liliorum azurorum.

¶ Diacalamentum dicitur a calamento quod principaliter intrat in eo.

¶ Diacodion dicitur a codione quod eſt papauer nigruꝫ ⁊ eius ingreditur compoſitionem.

¶ Diaſcene dicitur a ſene que ibi ponitur pluſqꝫ de alyꝫ.

¶ Diacitoniten dicitur a citonyꝫ ex quibus fit.

¶ Diambra dicitur ab ambra que ibi recipitur.

¶ Diamiconis dicitur a micodione. i. papauere albo.

¶ Diapapauer dicitur a papauere albo qđ ibi ingreditur.

¶ Eſdra dicta eſt ab eſdra ꝓpheta q eam cōpoſuit.

¶ Electuariū ducis dicitur ab abbate de curia q eum cōpoſuit ad inſtantiam ducis.

¶ Electuarium pliris arcoticon. i. completa medicina.

¶ Electuariū de ſuc. roſarum ab eodem ſucco dictuꝫ eſt.

¶ Electuarium pſilliticum a pſillio dictum eſt.

¶ Elīn ſm coſſonis. i. illius medici q eum cōpoſuit.

¶ Emplm̄. i. dura ꝯfectio: apoſtolicon. i. ſuppremiſſimuꝫ.

¶ Emplaſtrum ceroneum a cera ſic dictum.

¶ Emplaſtrum exicroceum dicitur ab oxi quod eſt acetum: ⁊ croceum quod eſt crocus.

¶ Emplaſtrum diaquilon. i. mollificatiuum.

¶ Emplaſtrum de palma dicitur: qꝛ cū ſpatula viridi vel cum palma conficitur.

¶ Filoantropos amicus hoīs vel miſericos īterpretatur.

¶ Filonium: ideſt nouus amicus.

¶ Gariofilatum dicitur a gariofilis q ibi intrant.

¶ Gios otheos: ideſt filius dei.

¶ Igia greca. i. ſaluatrix greca: a grecis inuenta.

¶ Idrotipion olimpiacū: idrotipion. i. pot⁹ꝫ rigorē: olimpiacū ab olimpio pho ⁊ medico eius inuentore.

¶ Juſtinū a Juſtino impatore factū ⁊ inuentum.

¶ Katarticon impiale. i. laxatiuū pro imperatoribus ⁊ ꝓ alyꝫ delicatis hominibus.

¶ Litōtripon. i. ꝯterens ⁊ frangens lapidē interpretatur.

¶ Letitia dicta eſt quaſi triſtitiam auferēdo ⁊ claritateꝫ ⁊ gaudium adducit.

¶ Mitridatum: hoc eſt mater omniū antidotoꝝ vel dicitur a mitridate rege qui eū compoſuit.

¶ Muſa Enea a peritiſſimo philoſopho muſa īuenta.

¶ Micleta: ideſt experta.

¶ Mel roſatum appellatur a grecis rodomel.

¶ Oppopira dicitur a ſucco ⁊ igne: oppo enim grece: latine ſucc⁹: pir ignis: ide oppopira. i. ſucc⁹ ignit⁹: ⁊ hoc elīm compoſitū ē a ſanctiſſimis medicis Coſma ⁊ damiano.

¶ Oxi dr̄ ab acetoſo ſucco maloꝝ granatorum.

¶ Oxiçachara dicitur ab oxi qđ eſt acetum ⁊ çuccaruꝫ.

¶ Oximel ſimplex dicit ab oxi qđ eſt acetum ⁊ melle.

¶ Oximel cōpoſitū ſimiliter dicitur: ſed cōpoſitum: quia multe res in eo ingrediuntur.

¶ Oximel ſquilliticum ab aceto ⁊ melle ⁊ ſquilla.

¶ Oximel paſſularū ab aceto melle ⁊ paſſulis dicitur.

¶ Oleū roſaceū dicit ab oleo ⁊ roſis. in eo igredientib⁹.

¶ Oleū mādragoratū ab olō ⁊ ſucco pomoꝝ mādragoꝝ.

¶ Oleū frigidiſſimuꝫ viride dicitur ab herbis frigidis ⁊ viridibus que in eo ingrediuntur.

¶ Potio ſancti Pauli dicitur quia ſanctus Paulus eam compoſuit.

¶ Paulinū antidotū. i. magnū antidotum: quia magnaꝫ virtutem ⁊ efficatiam habet ad multa.

¶ Pan Criſtum antidotum: pan: ideſt totum: criſtum. i. criſmate vnctum: ideſt contradatum.

¶ Potio muſcata a muſco dicta eſt.

¶ Pigra: ideſt amara a Galieno inuenta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0654-3

¶ Pillule ſine quibus eſſe nolo: pillule a rotunditate di
cũtur ſine qbus eſſe nolo pro nimia eoꝝ efficatia ꝛ vtute.
¶ Pillule auree ad ſimilitudinẽ auri dicunt̃.qꝛ ſicut auruꝫ
ĩter oĩa metalla ẽ ꝓcioſiꝰ: ſic pill'e iſte ĩter oẽs precioſiores
habent̃. ¶ Pill'e diacaſtoree: a caſtoreo dicte ſunt.
¶ Pillule de cinogloſſa a cinogloſſa herba.
¶ Pillule de quinqꝫ generibus mirabolanoꝝ: ab ĩpſis mi
rabolanis denominate ſunt.
¶ Pill'e arthetice.i.mẽbroꝝ: artos.n.grece: latine mẽbꝝ.
¶ Pill'e bichichie dcp̃ſſe ꝛ nõ rotũde ꝛ ſt̃ lenitiẽ ↄ tuſſiꝫ:
tenent̃.n.ſub ligua ꝛ paulatie deglutiũt̃ ꝛ fiunt ĩ forma lu
pinoꝝ. ¶ Pill'e fetide dicte ſũt: qꝛ fetidos ꝛ corruptos
hũores educũt: vel qꝛ aliq̃ fetida ĩ eis igrediũt̃: vtputa ca
ſtoreũ: ſerapinũ: oppoponacũ: ſuccꝰ poroꝝ: cũ quo ↄficiũt̃.
¶ Pill'e cochie.i.capitales. ¶ Pill'e de hermodactilis
ab ipſis denoĩant̃. ¶ Pill'e aſſaiareth.i.capitales: q̃d: a
meron.i.medicamẽ ex.iiij.rebus. ¶ Roſata nouella a
roſis dicta: nouella reſpectu veteris q̃ recipiebat ſulfur vi
uũ. ¶ Rubea trociſcata: rubea dr̃ ab ĩpo colore: troci
ſcata a trociſcis q ibi recipiunt̃. ¶ Reges dr̃ ab effectu
quẽ ĩducit: qꝛ requiẽ ſomnũ ꝛ q̃etẽ patientibꝰ affert.
¶ Rodoçachara.i.çuccaꝝ roſatũ a rodon qḋ eſt roſa ꝛ ça
chara qḋ eſt çuccaꝝ: ĩde rodoçachara.i.çuccaꝝ roſatũ.
¶ Rodomel.i.mel roſatũ: a rodon qḋ ẽ roſa: ꝛ mel.i.roſa
tũ mel. ¶ Sotira ſaluatrix interpretatur.
¶ Sal ſacerdotale dcm̃ eſt: qꝛ eo vtebant̃ ſacerdotes tpe
Helye ꝓphete. ¶ Syrupꝰ dr̃ a ſyr.qḋ eſt ↄfectio: ꝛ opo
ſuccꝰ: inde ſyrupus.i.liquida confectio de ſuccis.
¶ Stomaticon.i.cõfortatiuũ ſtomaci. Et diuiditur: quia
quoddã ẽ ſtomaticon calm̃: ꝛ quoddã frigidum.
¶ Tyriaca magna Galieni: qꝛ G. eã ↄpoſuit. Dico ꝙ non
ẽ verũ ſalua pace Nicolai: qꝛ Andromacꝰ ſingularis medi
cus eã cõpoſuit. Et cũ dicit vlteriꝰ tyriaca: dr̃ a trociſcis de
tyro: q in ea repiunt̃. Dico ꝙ nõ ẽ veꝝ: qꝛ fiunt alie tyriace
q̃ tñ nõ denoĩant̃ a tyro: qꝛ trociſci de tyro eas nõ igrediũ
tur: vt tyriaca diateſſerõ ꝛ tyriaca diaſcoridis: ꝛ tyriaca ex
ercitualis ꝛc̃. vnde tyriaca dr̃ quaſi medicina cõtra vene
nũ: ꝛ dicitur dña medicinaꝝ vt ſupra declaraui.
¶ Tyriaca diateſſeron.i.de quatuor rebus.
¶ Tyriaca exercitualis.i.pro conſeruando exercitu gen
tium contra corruptionẽ aeris ꝛ epidimiam.
¶ Trifera ſarracenica: trifera dr̃: qꝛ hoĩeꝫ iuuenẽ reddit:
ſarracenica: qꝛ a ſarracenis iuẽta ẽ: ꝛ deſcripta eſt.
¶ Trifera magna: dr̃ qꝛ fructũ magnũ cõfert mulieribꝰ
ꝛ proprie matricibus eaꝝ qñ dolorẽ matricis patiunt̃ dan
do eis cũ vino decoctionis artemiſie.
¶ Triofilon.i.de folijs ruthe viridibus.
¶ Tria ſandali: dr̃ a tribꝰ generibꝰ ſandaloꝝ q̃ ponunt̃ in
eis. ¶ Theodoricõ: dr̃ a deo datũ: ypiſton.i.bñ expertũ.
¶ Theodoricon anacardinũ: theodoricon: dr̃ a deo datũ:
anacardinũ ab anacardis q in eo reperiuntur.
¶ Trociſci diarodon: trociſci.i.rotũda ↄfectio: diarodon
.i.de roſis. ¶ Trociſci diaui.i.de violis q̃ in eis igrediũ
tur. ¶ Trociſci ydiocri ſic dicti a ↄpoſitore q ydiocrus
dicebatur. ¶ Trociſci croci a croco.
¶ Trociſci ſquillitici a ſq̃lla. ¶ Trociſci tyri a tyro ſer
pente. ¶ Trociſci diacoralli a corallis.
¶ Trociſci cãphorati a cãphora dicti. Reliq̃ ſpecies tro
ciſcoꝝ Nicolai clare ſunt ꝛ nõ idigẽt expoſitione.
¶ Uomitꝰ Nicolai.i. vomitiuũ a Nicolao ↄpoſitum.
¶ Unguentũ marciaton a marciatone medico iuentũ.
¶ Unguentũ citrinũ dicit̃: qꝛ in pomo citri decoquitur.
¶ Unguẽtũ populeon: qꝛ fit de oculis arboris que popu
lus nominatur: ꝛ fit in tempore veris.
¶ Unguẽtũ agripa dr̃: eo qꝛ rex agripa iudeoꝝ vtebat̃ eo.
¶ Unguentũ arogon.i.adiutoriũ. ¶ Unguentuꝫ cali
ſton dialtee.i.calefactoriũ caliſton.i.mollificatiuũ.
¶ Dialtee dr̃ a duabꝰ ſpẽbꝰ radicũ euiſci vel altee q̃ in eo
igrediunt̃. ¶ Unguẽtũ aureũ dcm̃ ẽ ꝑ excellẽtiã: qꝛ ſicut
auꝝ ẽ ꝓcioſuꝫ ĩter metalla ſic vnguẽtũ iſtud ĩter cetera vn
guẽta. ¶ Unguentũ laxatiuũ: qꝛ vnctio ex eo laxat: ſicut
medicina laxatiua. ¶ Unguentũ fuſcũ.i.nigrum.
¶ Unguentum album a ceruſa alba que ingreditur.
¶ Unguentum viride dictum eſt a viridi colore eris qui
in eo ingreditur.
¶ Yeralogodion memphitum: ideſt impedimentum: ye
ra: ideſt ſacra: logos: ideſt ſermo: memphitum: ideſt impe
ditio: qꝛ hec yera curat ĩpedimẽtũ ſermonis ꝛ locutionis.
¶ Yera ruffini ab auctore qui eam compoſuit.
¶ Yera Galieni ab ipſo Galieno.
¶ Yerapigra Cõſtãtini a Cõſtantino medico ſic dicta eſt.
¶ Yerapigra abbatis ab abbate de curia: qui eã ↄpoſuit.
¶ Zinçiber conditum: ideſt çinçiber viride conditũ.
¶ Notandum eſt vlterius ꝙ non eſt mirandum ſi hic nõ
ſunt collecta omnia electuaria ꝛ pillule ac ſyrupi: trociſci:
cõfectiones: ꝛ etiam aliqua plura que ponit Nicolaus: qꝛ
in aliquibus antidotarijs reperiuntur: ꝛ in aliquibus pau
ciora. ſufficit ergo ꝙ hic ſunt famoſiora: ꝛ vtiliora
¶ Tertia particula de doſibus ꝛ ponderibus ac de eorũ
nominibus ꝛ differentijs ꝛc̃.
Eſtat ãmodo de doſibꝰ ꝛ põderibꝰ: ac ẽt de eoruꝫ
r noibꝰ ꝛ drñtijs diligentiſſime ꝑtractare ſm̃ cõem
vſuꝫ modernoꝝ. qꝛ multa repiunt̃ que ſũt antiq̃ ꝛ
ſpernẽda. qꝛ nõ ſũt in vſu.
¶ Si ergo aliqs doctꝰ medicꝰ examinauerit aromatariũ ĩ
q̃rẽdo qd ſit doſis. Rñdeat ſic. Dico ꝙ doſ ẽ limitata mẽ
ſura vel põdꝰ alicuiꝰ rei medicinalis ſimplicis vel ↄpoſite
ſpẽꝝ: aut herbaꝝ: ſeminũ vel radicũ elioꝝ: pillularum: vn
guẽtoꝝ ꝛc. vel melꝰ ſic diffinit̃. Doſis eſt limitata mẽſura
vel q̃ñtitas ſimplicis vel ↄpoſite medicine ſolutiue: vel al
teratiue que de ſe apta nata eſt facere ſufficiẽtẽ operatõeꝫ
ꝛ nõ diminutã: neqꝫ ſuperfluã. ꝛ notãter dicit ḋ ſe. qꝛ rõne
corporis vel hũoris qñqꝫ põt facere ſupfluã vel diminutã
operationẽ. ¶ Quid ĩtelligit̃ qñ in receptis ponit̃ ana. Di
co ꝙ ana ẽ dictio arabica. ꝛ tm̃ ĩportat: q̃ñtuꝫ equaliter.
¶ Quid ẽ hoc ꝙ in antidotario Nicolai in aliqbꝰ diſpẽſa
tionibus elioruꝫ vel ↄfectionũ ꝛc. dr̃ medietas eiꝰ ẽ lib.ij.
vel medietas eiꝰ eſt lib.i.ʒ. qualr̃ hoc ĩtelligit̃. Dico ꝙ re
periunt̃ duo antidotarij Nicolai.ſ.magnũ. ꝛ dr̃ Nicolaus
magnꝰ: ꝛ paruũ. ꝛ dr̃ Nicolaus paruꝰ. ꝛ iſto vtimur cõiter.
vñ nota vlteriꝰ qḋ in Nicolao magno ſunt deſcriptões ele
ctuarioꝝ: vl' ↄfectionũ ꝛ alioꝝ. In Nicolao paruo ſũt dimi
diata in doſi ꝛ minorata. ꝛ aliqñ ſm̃ tertiã partẽ diſpẽſata
ꝛ iõ dr̃ aliqñ in Nicolao paruo: medietas elij deſcripti ĩ an
tidotario Nicolai maiori eſt lib.ij. Ex quo ſeqtur ꝙ deſcri
ptio ĩtegra eiuſdẽ elij ĩ nicolao maiori ẽ lib.iiij. ꝛ ſic ḋ alijs
dr̃. ꝛ lꝫ hec rñſio cõiter aſſignet̃ a multis. mihi tñ minime
placet. qꝛ ẽ ſine rõne. ¶ Nota ẽt ꝙ ĩ Nicolao maiori mul
to plura antidota: ꝛ electuaria: pillule: ꝛ ↄfectões ꝛc. ponũ
tur q̃ꝫ in Nicolao minori. illa tñ q̃ ſunt in Nicolao minori
ſunt ẽt in Nicolao maiori. ꝛ ſꝫ maiorẽ doſim ꝛ nõ ecõuer
ſo. Prio ergo querit̃ ꝙ ſunt põdera vſualia. ꝛ noĩa eorum
que aromatarij tenẽtur ſcire. ꝛ qbus medici ꝛ aromatarij
quotidie vtũtur. Dico ꝙ põdera vel mẽſure que ĩ arte me
dicinali reperiũtur hec ſũt: que ſubtili ĩgenio ꝛ ſolerti ſtu
dio: ac ſumma ordĩnauimꝰ diligẽtia ad opus aromatario
rum. ꝛ doctrinarum oĩum in arte medicinali ſtudere vo
lẽtium. vt his põderibus omnes medicine: tam ſimplices
q̃ꝫ compoſite valeant põderari.
¶ Incipiamus itaqꝫ a ſcropulo. cuius hec eſt figura. ℈.
aſcẽdendo vſqꝫ ad libram: que ex.xij.℥.ĩtegrat̃. Sꝫ añ vi
deamꝰ de granis: ex quibus ſcropulꝰ: ꝛ dragma: ꝛ alia pon

dera integrantur. Unde ſi queratur quare pōdera medicinalia ſūt ꝑ grana frumēti collecta ⁊ mēſurata ab ipis medicis. Dico ꝙ iō factū ē ne forte ꝑ pōdera artificialia iterdū medici ⁊ aromatarij decipiantur: ⁊ ideo tuti⁹ ⁊ ſecuri⁹ fuit fundamētū ⁊ ſtabilitatē herbe ex aliq̄ re nālī: ſicut eſt triticū ſeu frumentū menſurando cū ꝑfecto tritico oīa pōdera. ſ. ſcropuluꝫ: dragmā: vnciā: librā: ⁊ ꝯſiīia: q꞉ ſic faciēdo ſi oīa pondera artificialia ex plumbo vel ex ere vel ex alio metallo facta ꝑderent̄ vel ſi in aliquo deficerēt: tunc poſſemus ꝑ grana tritici que ſunt nālia ipſa artificialiā pōdera emēſurare ac remouere ⁊ de nouo fabricare ⁊ eq̄re.

¶ Nota ēt ꝙ grana tritici ſunt ſm̄ diuerſas ꝓuīcias maiora vel minora ſeu groſſa vel minuta. Medici aūt ⁊ aromatarij pro faciendis ponderibus debent elligere mediocria. ⁊ ex illis facere pōdera de plūbo aut de ſtanno vl' alio metallo.

¶ Si querat̄ qd eſt ſcropulus ⁊ quot ſcropuli faciūt vnā dragmā. Dico ꝙ ad ꝓpoſitū redeūdo ꝙ ſcropulus ē tertia ps dragme: ⁊ ē pondus. xx. granoꝝ tritici.

¶ Quid eſt dragma. Dico ꝙ tres ſcropuli faciunt vnam dragmam: ⁊ ſic ipſa dragma eſt pondus ſexaginta granorum tritici: cuius dragme hec eſt figura. ʒ.

¶ Quid ē exagiū: exagium ē pondus vnius. ʒ. cū dimidia ⁊ ſic eſt nonaginta granoꝝ tritici: ⁊ dicitur ab. a. ꝙ eſt ſex. ⁊. gios menſura: q꞉ ſex exagia faciūt ⁊ menſurāt vnā vnciā.

¶ Quid eſt ſolidum: differt ſolo nomine ab exagio: quia tm̄ valet q̄ntū exagiū. ¶ Quid eſt aureus: aure⁹ ēt ē pōdus vni⁹ dragme cū dimidia: ⁊ ē idē cū exagio ⁊ ſolido.

¶ Item ſex exagij faciunt vnam vnciam.

¶ Quot dragme faciūt vnā vnciā. Dico ꝙ. ix. dragme faciunt vnā vnciā: ⁊ hoc ſꝫ Salernitanos: aliter etiā faciūt Paduani doctores: q꞉ faciunt vnā vnciā ex. viij. dragmis. Neapolitani vero faciunt vnā vnciā ex. x. dragmis. Communiter tm̄ tenetur ꝙ vncia ꝯſtat ex. ix. dragmis. Uncia aūt ſic figuratur. ℥. Et ſic. ℥. paduana eſt minor. ℥. ſalernitana: q꞉ illa eſt ex. viij. dragmis: ⁊ iſta eſt ex. ix. dragmis: ⁊. ℥. que eſt ex. ix. dragmis ē minor illa que eſt ex. x. dragmis.

¶ Queritur ex quot granis cōſtat. ℥. tenendo igitur vt cōmuniter tenetur quod. ℥. i. conſtat ex. ix. dragmis ⁊ q̄libet dragma cōſtat ex. 60. granis: ſequit̄ ꝙ. ℥. ꝯſtat ex. 540. granis. ¶ Quid eſt libra ⁊ ex quot vncijs cōſtat libra vna: conſtat ex. xij. vncijs. ī. 08. ʒ. faciunt vnam libram.

¶ Et ſi queratur quot grana faciunt vnam libram. Dico ꝙ. 6480. faciunt ⁊ integrant vnam libram.

¶ Quid eſt ſextariū medicinale: ſextariū medicinale eſt pondus duaꝝ libraꝝ cū dimidia: vnde qn̄ reperitur in receptis medicinale ſextariuꝫ vini vel olei uel aceti qḋ īrat in medicinis: intelligitur libra. ij. ſ.

¶ Quid eſt cotula. ſil'r cotula ſolo nomine differt a ſextario: quia eſt pondus lib. ij. ſ. ſicut eſt ſextarium.

¶ Sꝫ aliq faciūt dr̄iaꝫ īter cotilā ⁊ cotulā: q꞉ cotula ē pondus lib. ij. ſ. vt dcm̄ ē: ſꝫ cotila ē pondus nouē vnciarū.

¶ Quid eſt obolus: eſt pondus medij ſcropuli vel ſecundum alios eſt quinta pars vnius dragme.

¶ Quid ē Kiſt: ē pōd⁹ vni⁹ lib. cū dimidia: kirat ē gra. iiij.

¶ Quid eſt emina: eſt pondus vnius libre: ⁊ vnciaꝝ triū.

¶ Quid eſt calculus: eſt pondus duorum granorum ciceris ⁊ quarta ps oboli: vnde quatuor calculi faciunt vnum obolum ⁊ duo oboli faciunt ſcropulum.

¶ Quid itelligitur ꝑ grana qn̄ repitur in receptis grana duo vel grana. v. dico ꝙ itelligunt̄ grana tritici niſi aliter exponeretur per medicum diſpenſantem ipſam receptaꝫ: verbi gratia ſi diceretur grana quinq꜄ ordei.

¶ Quid itelligitur ꝑ manipulū in receptis: itelligit̄ q̄ntuꝫ pōt manu capi: verbi gratia: dicendo. Recipe camomille. Ma. i. Intelligit̄ quantum poteſt manu capi.

¶ Quid ē pugill⁹: itelligit̄ q̄ntū pōt cū pugillo ſtricto capi.

¶ Quid eſt ſatil: eſt pondus duorum ſextariorum.

¶ Quid eſt Kirat eſt pondus trium granorum.

¶ Quid eſt ramich eſt pondus ſex Kirat.

¶ Quid eſt carmes eſt pondus vnius grani ordei.

¶ Quid eſt danic. eſt pondus ſex granorum ordei ⁊ ſecundum alios eſt pondus trium granorum ordei.

¶ Quid eſt ſacrarati eſt pondus vnius aurei cū dimidio.

¶ Quid eſt anulaſach ē pondus cōſimile illi ſecundū aliquos: ſed ego non credo: q꞉ aliter reperi.

¶ Quid eſt arſinnum eſt pondus. ʒ. ſ.

¶ Quid eſt decamech eſt pondus. ʒ. i.

¶ Quid eſt darchiminum eſt pondus. ʒ. ſ.

¶ Quid eſt bactath eſt pondus nouem granorum.

¶ Siliqua eſt pondus quatuor granorum ordei.

¶ Quid eſt raſitij eſt pondus. ℈. i. ſ.

Uerſus.

¶ Audi letando quid dicam verſificando.
¶ Collige triticeis medicine pondera granis.
¶ Grana quaterquinq꜄ ſcropuli pro pondere ſume.
¶ In dragma ſcropulus ter ſurgit multiplicatus.
¶ Si ſolidum queris tres dragmas dimidiabis.
¶ Exagium ſolido differt in nomine ſolo.
¶ Aureus exagio ſolidoq꜄ parificatur.
¶ Conſtat ex ſolidis vel ter tribus vncia dragmis.
¶ Uncia pars libre duodena quis ambiget inde.
¶ Si queris pondus quis habet ſextarius vnus.
¶ Librarum quinq꜄ pondus debet mediare.
¶ Cotula ſextario differt in nomine ſolo.
¶ Continet eminas ſextarius vt puto binas.
¶ Ut fertur obolus ſemis ſcropulus eſſe probatur.
¶ Cetere menſure non ſint tibi nomina cure.
¶ Nam q꞉ ſunt: ficta ſordeſcuntq꜄ derelicta.
¶ Non eris illuſus ſi tenes qḋ tenet vſus.

¶ Quarta particula de modo conficiendi omnia neceſſaria in qualibet aromataria.

D Icēdū ē deīceps vt aromatarij ſint bn̄ docti ⁊ exꝑti ī ꝯficiēdo ꝯfectiōes ⁊ elia: quot ſpēs ſint ponēde ꝑ libra mell' vl' çuccari. Et quāta cera ꝑ libra olei ī vnguētis. Et ēt dicēdū ē aliqd de ſyrupis: iulep ſacculis cordialib⁹ ⁊ empl'is: ꝯſeruis cerotarijs: ⁊ q̄ cera ē ponēda. ⁊ ð ꝯmixtione aquaꝝ cū ſyrupis. ⁊ ð q̄ntitate decoctiōis ī cliſterijs.

¶ Querit̄ quot ſpēs ſūt ponēde ꝑ libra mell'. Dico ꝙ ī cuiuſcūq꜄ elij de mellis ꝯpōne vel alteri⁹ liqde ꝯfectionis ex melle: regula eſt pro quacunq꜄ libra mellis: ponantur. ℥. ij. ſpecierum: ſed aliqui ponunt interdum pro quacunq꜄ lib. mell'. ℥. iij. ſpēꝝ: ⁊ hoc forte hꝫ veritatē ī laxatiuis ⁊ tēpore hyemali. q꞉ ī hyeme ponunt̄ plures ſpēs q̄ꝫ in eſtate.

¶ Querit̄ quot ſpēs ponunt̄ pro libra çuccari in ſolida cōfectiōe. Dico ꝙ ī ſolida ꝯfectiōe de çuccaro ponunt̄. ʒ. vi. vel. viij. ad plus ſpēꝝ ꝑ libra çuccari: ſꝫ in ꝯfectōib⁹ ſolidis cordialib⁹ ſufficit. ʒ. ſ. ſpēꝝ ꝑ vna lib. çuccari. q꞉ multitudo ſpēꝝ deſtruit aliqn̄ ſaporē ꝯfectiōis: ⁊ guſtū īfirmi: vel ēt ſtōm ſani hoīs nauſeat. ¶ Nota ꝙ ſūt aliq̄ ꝯfectiones çuccari ī qb⁹ ponunt̄. ℥. iij. ſpēꝝ. vt in dyaſinicone. ⁊ ī dyaſatirione. ¶ Querit̄ de ſyrupis q̄ntū mellis vel çuccari ponit̄ ꝑ libra aque vel decoctiōis. dico ꝙ ī ꝯpōne ſyrupoꝝ in quacūq꜄ lib. aq̄ vel decoctionis ponitur lib. mell' vl' çuc.

¶ Querit̄ ſil'r de iulep q̄ntū ð çuccaro dꝫ poni ꝑ q̄cūq꜄ libra liquoris. dico ꝙ in ꝯpōne iulep ī q̄cūq꜄ lib. liquoris. ℥. viij. çuc. vel. ℥. vi. ⁊ aliqn̄. ℥. v. aliqn̄. ℥. iiij. ſm̄ ꝙ magis dulce: aut min⁹ dulce vult facere. Et repit̄ iulep lōguꝫ. i. aquoſum modice decoctiōis: ſed non diu durat. ¶ Aliud eſt iulep denſum: ⁊ magis ꝯpactuꝫ. q꞉ magis coctū. ⁊ tale diutius durat. ¶ Queritur quot ſpecies debent poni in ſacculis cordialibus qui fiunt de ſindone: de grana: vel

de ſcarlato ponitur cōiter.℥.i.vel.℥.i.ſ.ad plus. In exteriꝰ applicādis: vt emplis ⁊ ſaccul'ſꝑ herbe limitant̄ ⁊ doſant̄ ꝑ manipulos. ¶ Querit̄ quō fiūt ꝯſerue roſate: dyabo ragiate vel violate ſi velis bonā ꝯſeruā facere: dbes ponere lib.i.çuccari: ꝓ dimidia lib. roſaꝝ vl'alioꝝ floꝝ piſtādo roſas rubeas electas cū çuccaro ſimul in mortario vel violas aut alios flores. deīde predicta cōſerua ad ſolem: tenēda eſt diebus pluribus.

¶ Querit̄ quot ſpēs debēt poni in cerotarijs. dico ꝙ in cerotarijs mediocribꝰ ſemꝑ ponunt̄ tres vel q̄tuor.ʒ. ſpecierum. ⁊ qōlibet cerotuꝫ ſi eſt magnū dꝫ eē.iij.℥.ſi mediocre ij.℥.ſi paruum.i.℥.

¶ Querit̄ quanta cera dꝫ poni pro libra olei in vnguētis. Dico ꝙ in ꝯpōne vnguētoꝝ pro.℥.ij.olei ponit̄ cōiter.℥.ſ. cere. vnde ꝑ lib.i.olei ponunt̄.℥.iij.cere. ¶ De ſpeciebus vel de pulueribꝰ in vnguētis ponimꝰ ſm opportunitatem vel ſm ꝙ volumꝰ facere vnguētum durum vel molle.

¶ Querit̄ de pulueribꝰ q̄ntū debemꝰ dare de pulueribꝰ in potu. De pulueribꝰ abſolute.ʒ.i.ſ. vel.ʒ.ij. ⁊ alij.ʒ.ſ. cū vino aut cū aliqua decoctiōe appropriata: vel cū aq̄ diſtillata. ⁊ plus ⁊ minꝰ ſm etatē ⁊ virtutē egri. ⁊ ſm ꝙ puluis eſt ſolutiuꝰ. Si qs q̄reret q̄re ſyrupi dant̄ cū aqs vel cū decoctōibus ſimlr cōmixtis. De ſyrupis dico ꝙ nō dant̄ cōiter ſine aqs vel ſine decoctiōibꝰ approprijatis. qꝛ ſyrupi cōmixti cuꝫ aqs efficiunt̄ magis liq̄di. ⁊ ēt meliꝰ penetrāt ad mēbra: ⁊ poſſunt melius tranſglutiri. ¶ Sꝫ nota vlteriꝰ ꝙ meliꝰ ē ponere plus de ſyrupis ⁊ minꝰ de aq̄: q̄ ecōtrario. qꝛ maiorē morā trahūt in ſtō ⁊ epate. ⁊ ſic meliꝰ digerūt materiaꝫ peccātē: q̄ ſi plus ō aq̄ poneret̄. qꝛ cū multa aq̄ vl' cū multa decoctiōe ſūt liq̄diores: ⁊ citiꝰ trāſeūt a ſtō ⁊ ab epe. vñ debemꝰ tantā aquā ponere q̄nta ſufficiat ad trāſglutiēduꝫ ſyrupū. Sꝫ aduerte ꝙ ſi volueris aliquē ſyrupū inlepiçare vel clarificare: tūc debes ponere de aq̄ magis: ⁊ minꝰ de ſyrupis. ¶ Nota ꝙ lōge meliꝰ opant̄ ſyrupi turbidi .i. nō clarificati q̄ inlepiçati: ſed aliq̄n ad ꝯplacētiā egroꝝ. vt ſyrupi pl'criores appeant nec̄e ē eos clarificare ⁊ inlepiçare.

¶ Nota vlterius ꝙ de ſyrupis ſcōm cōem practicā exhibemus.℥.i.ſ. tātundem de aquis vel ad plus.℥.ij. de aquis vel loco aquaꝝ decoctiones ſil' cōmiſcēdo cū ſyrupo.

¶ Querit de cliſterijs q̄nta q̄ntitas decoctiōis dꝫ adminiſtrari: ⁊ q̄nta q̄ntitas olei: ⁊ q̄nta q̄ntitas caſſie: vel yerepigre vel benedicte ⁊ alioꝝ electuarioꝝ. Dico de mēſura decoctiōis adminiſtrāde ī cliſterijs ē q̄ntitas vnius lib. cū dimidia.ſ.xviij.℥. ⁊ ſal.℥.i. ⁊ yerepigre ⁊ bñdicte ſm opportunitatē ⁊ etatē ac virtutē: qꝛ aliq̄n ponimus.℥.i. aliq̄n.℥.ſ. ⁊c̄. Et hoc totū itellige ſm magis ⁊ minꝰ ⁊ ſm etatē ⁊ ꝯplōnē: qꝛ in viris ⁊ mulieribꝰ fortis ꝯplōnis predicta q̄ntitas decoctionis ſalis ⁊ olei: ⁊ alioꝝ eſt conueniens q̄ntitas: ſed in pueris ⁊ debilibus ac delicatis dꝫ eſſe minor q̄ntitas.ſ. ſubdupla: qꝛ medietas ſufficit. In īfantibus vero ſufficit q̄ntitas vnius ciati in cliſteribꝰ eoꝝ ⁊c̄. Et oīa fiant ſm prudentiam ⁊ diſcretionē ꝑitiſſimoꝝ doctoꝝ medicoꝝ: qꝛ ſola diſcretio facit medicū: ſcđo colliget Auerois.

¶ Quinta particula de colligendis herbis: floribus: ſeminibus: ⁊ radicibus ⁊c̄.

f I queratur quo tempore ſunt colligendi ab aromatarijs flores herbarum: ſemina: ac radices: ⁊ vbi ſunt exſiccandi: ⁊ quo tempore ſunt aque diſtillande. Dico ꝙ in vere: ſcilicet in menſe aprilis ⁊ maij: ſunt primo herbe: ſecundo flores colligendi. ¶ Semina vero ſunt colligenda in eſtate: ſcilicet iunij menſe vel iulij: quia tunc ſunt cōpleta. ¶ Radices vero in autumno ſunt colligende: quia tunc folia ⁊ ſemina ceciderunt vel ſunt exſiccata: ⁊ tunc tota virtus herbarum eſt repoſita in radicibus.

¶ Dico vlterius ꝙ herbe ſunt exſiccande ad vmbrā. Semia vero ad lentū ſolē. ¶ De radicibꝰ vero diſtingue. qꝛ q̄dā ſunt ad ſolē exſiccande: ſic̄ ſunt radices magne valde groſſe: qꝛ denſe ſubſtantie: vt radix brionie: reupontici: ariſtologie: gentiane: mandragore: ⁊ ſic de conſimilibus.

¶ Sed radix yreos: petroſellini: apij: feniculi: gariofilate: aſſari: ⁊ conſimiliū: q̄ ſunt rarioris ſubſt̄e debēt ad vmbram exſiccari: ⁊ oīa ꝑdicta.ſ. herbe: flores: ſeīa: ⁊ radices nunq̄ ſunt reponēda niſi ſint debito mō ⁊ cōgruo tpe exſiccata: alioquin putreſcerēt. Et cauendū ē ne reponant̄ ad fumū: vel ad ſolē aut in loco humido vel pulueruleto: q̄m putreſcerēt ⁊ virtutē amitterēt. debētq̄ ꝯſeruari dicte herbe in ſacculis de lino. Seīa vero ac flores: ⁊ radices in ſacculis ⁊ oēs ſeorſuꝫ ⁊ ſigillati de ꝑ ſe conſeruentur.

¶ Alia doctrina.

n Otādū eſt vlteriꝰ ſm doctrinā Raynaldi de villa noua in qōdā ſuo libro de ſimplicibꝰ: ꝙ ad hoc ꝙ ipſe herbe ac flores: radices: ⁊ ſeīa habeāt ſingularē virtutē ⁊ ꝓꝑetatē ad morbos: ſunt colligēda ſꝫ diuerſa ſigna çodiaci. Quedaꝫ.n. ſunt mobilia.ſ. q̄tuor: vt aries: cancer: leo: capricornꝰ: ⁊ in iſtis ſignis mobilibꝰ colligēde ſunt herbe: ſucci: ſeīa: ac radices laxatiue: qꝛ feliciꝰ ⁊ citius opabunt̄: verbi grā: de herbis: vt meçereon ſene. laureola De ſeminibꝰ: vt ſemē carthami: ſemē laureole: De ſuccis: vt ſcamonea: ſuccꝰ yreos: ⁊ cucumeris ſilueſtris. De radicibus: vt turbith: eſula reubarbaꝝ: ⁊ ꝯſimilia. Quedaꝫ vero alia ſigna.ſ. alia q̄tuor ſunt ſtabilia ſeu fixa.ſ. ſcorpio: leo: taurus: ⁊ aquarius. Et in iſtis ſignis ſunt colligende herbe ſucci: radices: ⁊ ſeia ſtiptica ⁊ ꝯſtrictiā: qꝛ ſic meliꝰ opabūt̄ ꝯ fluxū ⁊ cōtra diſſinteriā ⁊ vomitū: verbi grā: de herbis: vt plātago: mirtus filices. De ſuccis. vt ſuccꝰ citonioꝝ: acacie: ſuccus mirtilloꝝ. De radicibꝰ: vt radices filicū. De ſeminibꝰ ſtipticis: çoriandrū: ſemē mirti: ⁊ ſemē roſe ⁊c̄. De fructibus: vt ſorbe: citonia granatā: pirra: neſpila: ſumach: galla. Quedā vero alia ſigna çodiaci.ſ. reliq̄ q̄tuor ſunt mediocria.ſ. neq̄ ſtabilia: neq̄ mobilia: ſed media: ſ. vgo: ſagittarius: gemini: ⁊ piſces: in qbꝰ colligende ſunt herbe: radices: ſeia. q̄ nec ſunt ſolutiua: nec ſtiptica: vt feniculus: apiū: abrotanū: arthemiſia: mēta: ⁊ eoꝝ ſemina.

¶ Alia doctrina.

e T qꝛ iſta doctrina ē nimis ſpeculatiua ꝓ aromatarijs iō dimittat̄ ꝑitiſſimis doctoribꝰ medicīe: q tenent̄ hr̄e notitiaꝫ aſtrologie: alioq̄n male curabūt egros: oꝫ ꝙ colligantur in tempore ſereno ⁊ claro non ventoſo: ⁊ opꝫ ꝙ non colligantur niſi in fine bonitatis ⁊ maturitatis earum in ſuo tempore: non q̄n ſunt vetuſte ⁊ cōſumpte ꝓpter aliquam infirmitatem earum: ⁊ herbe que colliguntur in terris mōtuoſis duris ſunt fortioris virtutis q̄ que colliguntur in vallibus ⁊ terra pingui ⁊ in viridarijs ⁊ ortis. Et opꝫ ꝙ eligas ex herbis que ſunt plus ramoſe ⁊ q̄ ſunt ꝯplete cum ſeminibus ſuis ſicut debēt eē: ſicut ſticados: mētaſtrum: meſir.i. diptemus: ⁊ aſach.i. tribulus marinus: ⁊ yſopꝰ: ⁊ ſimilia. Et flores oportet colligi anteq̄ cadant: vt flores alcāne: tormentille: viole: ſambaci.i. yſemini: ⁊ ſimilia. Sed tempus colligendi fructꝰ eſt q̄n ſunt boni maturi ſicut vue: ⁊ ficus: dactili: pirra: poma: pruna: ⁊ ſimilia. Et ſemina opꝫ colligi q̄n icipiūt exſiccari: ⁊ cadere: ⁊ ⁊ anteq̄ cadat ſuꝑ ea aqua que illa deſtruat. Et tēpus colligēdi radices ⁊ ramulos: ⁊ cortices: eſt q̄n icipiūt cadere folia eoꝝ opꝫ ꝙ ſucci plantaꝝ ex folijs ⁊ ramis eaꝝ exprimant̄ dū ſunt adhuc tenere ſicut ⁊ memithe ⁊ gaſir. ⁊ ē ſēꝑuiua ſuccus hypoquiſtidos ⁊ abſinthij: ⁊ ſiliuꝫ. Et opꝫ ꝙ vulneret̄ plāta ſeu arbor q̄ñ volueris accipere lac eiꝰ vel lachrimuꝫ donec plāta viget adhuc ī terra. ⁊ nō poſtq̄ eſt euulſa: ſicut.n. volueris facere opiū: euforbiū: ⁊ ſilia. gñaliter ſcire debes ꝙ radices ⁊ folia ⁊ rami debent exſiccari anteq̄ ſint abluta cū aq̄ a terra: ⁊ ſordibꝰ eaꝝ: ⁊ ꝙ ſiccantur

in loco vmbroſe vbi non ſit humiditas. Et oportet ꝙ repo‑nas flores herbaꝝ medicinaliū in capſis de ligno. Et ſilr herbas ſtipticas ⁊ radices. Semia vero ſeruentur in ſac‑culis ex corio ea ad meliorē ꝯſeruationē ſm dyaſcoridē.

¶ Alia doctrina.

q Uia prefata doctrina ꝑ aromatarijs: ⁊ ꝑcipue ru‑dib⁹ eſt aliqualr̄ ꝯfuſa. Jdeo ſi qs īterrogaret ī q‑bus mēſib⁹ particulariter ⁊ ſigillatī ſūt colligēde herbe: flores: ſēia ⁊ radices. Rn̄deo ꝙ ī mēſe marty. q: a medietate ipſi⁹ ꝑncipiū ē veris: ⁊ terra īcipit germinare ⁊ veſtire ſe herbis ⁊ florib⁹. q̄ herba fuit nuda in hyeme ꝑꝑ vētos: niues ⁊ frigora. Collige ergo ꝑdicto mēſe violas. ⁊ fac ꝺ eis trociſcos diaui. i. ꝺ violis ⁊ ſyrupū violatū. ⁊ oleū violatū. ⁊ ſi poteris ex eis ſuccū facere: ꝯſerua ipſ. ⁊ potes ēt violas diſtillare. ⁊ aquā vſui ꝯſeruare. Exſiccabis ēt ex eis ad vmbrā eodē ꝯe. ⁊ reſerua eas. Collige eodē mēſe fu‑mi terre. ⁊ fac ex eo ſyrupū maiorē ⁊ minorē. ⁊ ex eo ſuccū extrahe ⁊ reſerua. lꝫ ēt poſſis ī ꝑncipio apꝛil' oīa ꝑdicta ex fumo terre facere. Jtē ī iſto mēſe īcipit colligi maſtix vſq; ad finē mēſis apꝛilis. Collige ſquillā ſm artē: ⁊ fac acetuꝫ ſqlliticū. ⁊ lohoc de ſqlla: ⁊ oximel ſquilliticū. ¶ De mēſe apꝛilis: collige eufragiā: ⁊ diſtilla eā. ⁊ ēt ſiccā reſerua eaꝫ. q: pro oculis optima ē. Collige flores boraginis ⁊ bugloſſe ⁊ fac ꝯſeruas ex eis. ⁊ deſicca ex eis. ⁊ reſerua: ⁊ diſtilla. ⁊ fac aquā boraginis ⁊ bugloſſe. Collige oculos populi: ⁊ fac vnguētū populeon: qꝺ eſt optimū ad ſomnū ꝓuocandum in febrib⁹ ⁊ in freneſi. Collige mētā: maiorānā: citrariam: yuam maiorē: ſparagos: ⁊ reſerua. Collige flores ⁊ fac oleū yrinū. Collige mellilotū: ⁊ fac emplaſtrū de melliloto. Col‑lige flores roriſmarini. ⁊ fac dyantos. ⁊ ꝯſerua cū çuccaro. ⁊ ex eis ſicca: ⁊ vſui reſerua. ⁊ fac oleum ex eis ſi volueris. Collige ēt ſcolopēdriā: betonicā: ⁊ capillos veneris. ⁊ diſtil‑la ex eis. ⁊ ēt deſicca ⁊ reſerua. Collige ēt cheyri. i. violas ci‑trinas. ⁊ fac ex eis oleū: qꝺ dicit̄ oleū ꝺ cheyri. Collige bur‑ſam paſtoris. ⁊ diſtilla: ⁊ exſicca ex ea: ⁊ collige cretanos: ⁊ diſtilla. ¶ De menſe mady collige roſas rubeas. ⁊ diſtilla ipſas recētes. ⁊ fac aquā roſatā. ⁊ purifica ad ſolē. ⁊ extra‑he ſuccū eius: ⁊ vſui reſerua: ⁊ fac ex eis ꝯſeruā roſatā: ⁊ ro‑doçacaram. i. çuccaꝝ roſatū rodomel oleū roſatū bonū ſꝫ artē. ¶ Pro quo nota ꝙ duplr̄ pōt fieri oleū roſatuꝫ. Pri‑mo ex roſis icōpletis: ⁊ ex oleo onfacino. ⁊ tale oleū ē ma‑gis ſtipticū: ⁊ ꝯfortatiuū: ⁊ frigidū. Scd̄o poteſt fieri oleuꝫ roſatū ex oleo oliuaꝝ maturaꝝ. ⁊ tale oleuꝫ eſt magis ano‑dinū ⁊ doloris ſedatiuū: ⁊ nō eſt adeo frigidū ſicut ꝑmuꝫ. Et exſicca ex eis: ⁊ vſui reſerua. ⁊ reſerua ēt botros eaꝝ. i. ipas roſiclas icōpletas an̄ opationē. q: ſt̄ ſtipticiores ⁊ cor‑dialiores: ⁊ fac ēt ex eis trociſcos dyarodō. Collige ēt eodē mēſe papa. albū ⁊ rubeū ⁊ nigrū: ⁊ vſui reſerua: ⁊ fac opiū eodē mēſe: ⁊ fac ypogſtidos. Collige camomillā: ⁊ fac ei⁹ oleū: ⁊ exſicca flores e⁹: ⁊ reſua. Collige ēt flores geneſtre: ⁊ fac ex eis mel geneſtratū bonū ꝑ ſcrophulis: ⁊ fac ēt ex eis aquā diſtillatā ꝑ arenulis. Collige flores malue: ⁊ fac ex eis mel maluatū bonū ꝑ aſmate ⁊ tuſſi. Collige anetuꝫ ⁊ fac oleum: ⁊ collige capita iuſquiami: ⁊ ſicca. Collige ſe‑men burſe paſtoris: ⁊ reſerua: collige ſaluiam: ⁊ diſtilla: ⁊ deſicca ex ea: ⁊ vſui reſerua. Collige etiam hermodactilos ſecundum quoſdam: ſed ego puto ꝙ melius colligant̄ de menſe auguſti. Et collige gummi edere ⁊c̄. colligitur etiā in iſto menſe manna tā in oriēte q̄ ī calabꝛia: q: tunc ros ille ꝑcioſius de celo cadit.

¶ De mēſe iuny. Collige oēs herbas ſeruādas. vt cedron origanū: pulegiū: ſticad. puliū. celticā: abrotanū: abſinthiū: praſſiū ſeu marub. eupatoriū: ypicon: camedreos: camepi‑theos: ſaturegiā: roſmarinū: cētaureā maiorē ⁊ minorē: ar‑themiſiā: agrimoniā: pentafilon: millefoliū: betonicaꝫ: thi‑mū: epithimū: yſopū: ⁊ oēs alias herbas vſuales: q̄rū neq; ſēia: neq; radices ſunt in vſu. Collige ēt balauſtias ⁊ reſer‑ua: fit ēt aloes in fine hui⁹ menſis ex ſuccis herbe çamba‑ne: fit ēt ſuccus ligritie ex radicib⁹ ei⁹: ⁊ vſui reſeruet̄: ſꝫ ra‑dices ei⁹ de mēſe auguſti colligunt̄ exſiccant̄ ⁊ reſeruant̄. Collige ciminū: aniſuꝫ. Jn iſto etiā mēſe colligit̄ thus: ver‑nix armoniacū: oppoponacū: ſed aliq dicūt ꝙ colligunt̄ de mēſe may. Jn iſto ēt mēſe fit ſcamonea: ⁊ eſt ſucc⁹ īſpiſſat⁹ cuiuſdā ſpēi volubilis: vel cuiuſdā ſpēi titimalli.

¶ De mēſe iuly. Collige ſemē laureole: ⁊ fac elm̄ ex lacte anabule. Collige ſuccū cucumeris agreſtis: ⁊ reſerua: ⁊ fac ide pillas ad ydropiſim. Collige coriādrū: ſemē fenugreci ſemē geneſtre: ſemē ſtaphiſagrie: ſemē macedonici: ſemen petroſellini: apy: ruthe: ſemē iuſqami: grana ſolis: ſemen ſi‑napi: vrtice: eruce: ſemē arnogloſſe. i. plātaginis. Sēia qua‑tuor miora ſrā. ſ. ſcariole: endiuie: lactuce: ⁊ portulace: ⁊ ſe‑mina q̄tuor maiora ſrā. ſ. angurie: citrulli: melonis: ⁊ cucur‑bite. Collige ēt ſemē leuiſtici: ⁊ ſemē cicute: ⁊ paſtinace ſil‑ueſtris: carui: fac etiā acaciā in fine huius menſis ex ſucco prunelloꝝ ſilueſtriū: ⁊ ad ſolē deſicca. Collige ēt antheraꝫ ī fine ꝑdicti mēſis vel in fine auguſti. collige ēt ſiſeleos. i. ſe‑mē ſileris mōtani: ⁊ ſemē naſturcy ⁊ pigani. i. ſemē ruthe.

¶ De mēſe augu. Collige radices ſaxifragie: ⁊ radices li‑gri. radices acori: ⁊ radices cipi: galāge: radices mādra. radi‑ces brionie: radices bruſci: radices reupon. caſſie lignee: ra‑dices piretri. Collige radices diptami: ⁊ tormētille: ⁊ radi‑ces fabe īuerſe. i. ſolatri maioris. Collige radices gētiane: radices eſule: ⁊ ariſtol. lon. ⁊ rotunde: ⁊ radices curcume. ⁊ collige radices enule: radices triū ꝯſolidaꝝ: radices ſu. i. valeriāe: radices meu: ⁊ radices gariofilate: radices ſucha‑ha: ⁊ bdegar: radices apy: petroſellini: feniculi: bruſcy ſpa‑ragi: yreos. ⁊c̄. Collige ēt in iſto menſe ſemē ⁊ radices peo‑nie. Jn iſto etiam menſe fit viſcus: ⁊ fit etiā terbentina de granis viridibus.

¶ De menſe ſeptēbris. Collige agnū caſtū. i. eius ſemen ⁊ radices caparoꝝ: ac vtriuſq; ellebori albi. ſ. ⁊ nigri. Colli‑ge radices paucedani. Collige linguā ceruinā. i. ſcolopen‑driā. Et collige citrach: capillos veneris. Collige ēt flores ⁊ ſemē feniculi ⁊ exſicca: quia tunc perfectū eſt ſemē eius.

¶ De mēſe octobris. Collige filepēdulā: cētaureā: abſin‑thium: ⁊ ciclamen.

¶ De mēſe nouēbris. Collige linguaꝫ cedri: ⁊ ſm aliquos collige eſulā ⁊ meçereon.

¶ De menſe decembris. Collige baccas lauri: ⁊ fac oleuꝫ laurinum: ⁊ oleum de lentiſco: ⁊ collige fructus iuniperi: ⁊ poma mandragore.

¶ De mēſe ianuary. Collige fructus bruſci: ⁊ radices yrin‑goꝝ: ⁊ ꝯfice eas: cortices citri. ꝯfice ⁊ reſerua.

¶ De menſe february. Collige cimbalarias epaticas pul‑monarias. Et īcipe colligere violas vſq; ad mēſem marty īcluſiue vt ſupra dixi.

¶ Nota vlterius ꝙ omnes aqua diſtillate que fiunt ex herbis debēt fieri in vere. ſ. a medietate marty vſq; ad to‑tū menſem may īcluſiue: ⁊ poſtq̄ facte fuerint debent ſta‑re ad ſolē ſaltē diebus. xv. vt purificentur a fumo. Sed ſi vis vt nullo mō ſapiant de fumo diſtilla eas in duplici va‑ſe. ſ. ponēdo alembicū in balneo marie.

¶ Si cupiunt rudes aromatary eſſe docti de īfinitis fe‑re preparationibus multaꝝ ſimpliciū medicinaꝝ minera‑liū ⁊ nō mīeraliū: vſualiū ⁊ nō vſualiū: vtputa de ablutio‑nibus: ꝯbuſtionibus: aſſationib⁹: purificatiōibus: prepara‑tionibus: ſpecieꝝ ſalis ⁊ decōtionibus: ⁊ extractionib⁹ ſuc‑corū: ⁊ quaſi de infinitis rebus huiuſmodi: recurrant ad li‑brum Seruitoris: qui liber eſt eis valde neceſſarius: vnde ſepe ſtudeant ⁊ legant in eo cum bona intelligētia: q: in eo īfinita reperient ex quibus nō ſolū vtilitatē: ſed honorem cum gloria reportabunt.

¶ Sexta particula de conſeruatione medicinarum ſimplicium ⁊ compoſitarum.

m

